

Georgij Gemi

STI PLETHONIS ELE-
gans ac brevis Quatuor Virtutum
explicatio, græcè & latinè, nunc pri-
mùm edita, ADOLPHO OC-
CONE Physico Augusta-
no interprete,

DE MORIBVS PHILOSOPHO-
rum locus ex Platonis Theæteto, item
græcè & latinè, eodem in-
terprete.

ADIUNXIMVS,

*ARISTOTELIS DE VIRTU-
tibus & vitijs libellum verè aureolum, quatuor
suis interpretibus ita inter se coniunctis, ut non
sine fructu conferti ab utriusq; linguae
tyronibus possit.*

BASILEAE, PER IO-
annem Oporinum.



NOBILI ET GENE-
ROSO ADOLESCENTI, HIE-
RONYMO, Clarissimi uiri AN-
TONII Fuggeri senatoris Cæsarei
filio, Domino suo unicè colendo:
ADOLPHVS OCCO Phy-
sicus Augustanus
S. D.



*Um Georgij Pletho-
nis, qui alio nomine
Gemistus dicitur, ele-
gantem & breuem
Uirtutum explicati-
onē pellegissem: operæ precium me factu-
rum existimaui, si is libellus, qui hæc-
tenus in bibliothecis delituit, nec (quod
ego quidem sciã) unquam typis excu-
sus est, in publicum me tandem opera
prodiret. Sperabam enim fore, ut ma-
ximum inde fructum caperet studiosa*

a 2 iuuen-

Nuncupatoria.

orū labores minimè sustineres) tamen
in usu vitæ quotidianæ, quæ nihil nisi
confusum Chaos & inextricabilis qui-
dā Labyrinthus est, re ipsa magis ex-
perieris, cum humanos casus uirtute
inferiores duces, & nihil eà magis aut
optandum aut expetendum iudicabis.
Feliciter Vale: & id quod facis, per-
ge, non solum in optimis quibusq; disci-
plinis, sed etiam uirtutibus omnibus,
ὄντιν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχος ἔμ-
μεναι ἄλλων. Ex Vindelicoꝝ Au-
gusta, Anno salutis M. D. LII.
Calendis Ianuarij.

QUATUOR VIRTU-
tum iusta explicatio, autore do-
ctissimo Plethone.



Virtus, est habitus,
 quo boni sumus.
 Ac reuera quidem
 Deus bonus est:
 nos autem homi-
 nes boni sumus, si
 Deum sequamur, quantum ab ho-
 mine præstari potest. Est autem homo
 partim ipse quidpiã per se, partim
 collatione alterius. Ac ita quidẽ aut
 cum quauis re, aut secum ipse con-
 fertur. Intelligi autem uolo deteri-
 orem nostri partem: quæ rursus aut
 in uiolentis quibusdã casibus, aut
 in uoluntarijs rebus uersatur. Qua-
 tenus igitur per se quiddam est, ho-
 mo, (est autem rationis particeps
 animal) existit in eo uirtus, quæ
 Prudentia dicitur, quæ munus ra-
 tionis maximè proprium absoluit.

b

Qua-

DE MORIBUS PHILOSOPHORUM, locus ex Platonis Theaeteto, Adolpho Occone interprete.



OCRAT. Nos uerò ô Theodore, è disputatione in disputationē, è minore in maiorem incidimus. THEO-

D O. Quid tum? cum simus ociosi, Socrates. s o c. Ita apparet. Et cum sæpe aliàs, uir optime, tum uerò nūc illud animaduerti, nō esse mirū, eos qui in Philosophia longo tempore uersati sunt, cum in forū uenerūt, ridiculos agere oratores. THE. Quo pacto istud dicis? s o. Eorum educatio, qui in iudicijs & id genus alijs rebus ab ineunte aetate uoluntur, si cum ijs qui in Philosophia & huiusmodi studijs educati sunt, conferatur, non absimilis seruili uideatur, cum ingenua institutione comparata,

[Faint marginal notes in a Gothic script, likely a commentary or gloss on the main text.]

80

ΑΥΤΑΡΚΕΙΑ ΤΩΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΑΡΕΤΩΝ ΚΑΤΑ τὸ μισθώτα τὸ πλίθωνα.



Ρετὴ ὄσιν ἕξις, καὶ τὸ αὐτὸ ἀγα
 νοῖ ὄσιν. ἀγαθὸς ἢ δὴ
 τῶν ὄντων ὁ νόσος ἀνθρώπου
 ὃ ἀγαθὸν γινόμεθα, ἐπὶ
 μὲν οὖν, καὶ τὸ δὴ αὐτὸς
 ἀνθρώπου, ἐπεὶ δὲ ὄσιν ἀνθρώπου, τὸ μὲν
 αὐτὸς τις, καὶ τὸ αὐτὸν, τὸ δὲ πρὸς ἑτέρου
 ἑτέρου δὲ ἢ τοῖς πρὸς δὴ ὅπου τὴν ὄντως,
 ἢ πρὸς τὴν αὐτὴν, λέγει δὴ τὴν χεῖρα τὴν
 πρὸς ἡμῖν καὶ τὴν αὐτὴν, ἢ τε πρὸς βίαι ἀπὸ
 παθῆματα ἔχον, ἢ πρὸς ἐκούσα ἢ ἢ καὶ
 αὐτὸν τίς ὄσιν ἀνθρώπου (ἐστὶ δὲ πρὸς λυγ
 κὲν πρὸς ὄντων) φρονήσις αὐτῶν πρὸς ἀνετη ἀφῆ
 τῆ, δὲ τῆ τοῖς δὴ δὴ αὐτὸς οἰκειότατα πρὸς ἀφῆ
 οὐσα ἔχον. ἢ δὲ πρὸς ἑτέρου τὴν ὄσιν, πρὸς
 μὲν δὴ ὅπου τὴν ὄντων, δικαιοσύνη, τὸ
 πρὸς ἑκαστον ἀφῆ οὐσα. πρὸς δὲ τὴν αὐ
 τῆ, πρὸς μὲν τὰ βίαια τὴν παθῆματα
 ἔχον.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ.



Βραίνετὰ μὲν ὅτι, τὰ καλὰ· ψε
 κῆτ' αὖθι, τὰ αἰσχρά. καὶ τῆν μὲν
 καλῶν, ἠγῶντο αἰ ἀρεταί· τ'
 δὲ αἰσχρῶν, αἰ κακίαι. ἐπαινε
 τὰ δ' ἐὶ ὅτι, καὶ τὰ αἰπὰ τ' ἀρετῶν, καὶ τὰ
 πῆρε πόμολα ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὰ γινόμε
 να ἄπ' αὐτ', καὶ τὰ ὄργα αὐτ'. ψεκῆτ' αὖθι, τὰ
 αἰσχύια. τειμὸρ ἔσθ' ἡ ψυχῆς λαμβανο
 μένης καὶ πλάτωνα, τῆ μὲν λογιστικῆ ἀρε
 τῆ, ὅστιν ἢ φρόνησις· τὴν δὲ θυμοειδῆ, ἢ τε
 πραότης, καὶ ἢ ἀνδρεία· τ' ἢ ἐπιθυμητικῆ,
 ἢ τε σωφροσύνη, καὶ ἢ ἐγκράτεια· ὅλης δὲ
 τ' ψυχῆς, ἢ τε δικαιοσύνη, καὶ ἢ ἐλευθεριό
 της, καὶ ἢ μεγαθυρία. Κακία δὲ ὅτι, τῆ
 μὲν λογιστικῆ, ἢ ἀφροσύνη· τ' ἢ θυμοειδῆς,
 ἢ τε ὀργιλότης, καὶ ἢ δειλία· τ' δὲ ἐπιθυμη
 τικῆ, ἢ τε ἀκολασία, καὶ ἢ ἐκρηασία. ὅλης ἢ
 τ' ψυχῆς, ἢ τε ἀδικία, καὶ ἢ ἀνελευθεριό
 της, καὶ μικροθυρία.

Φ Ρ Ο Ν Η Σ Ι Σ.

Εστὶ δὲ φρόνησις μὲν, ἀρετὴ τ' λογιστικῆ,

β

παρὰ

ARISTOTELIS LIB.

ALEXANDRO CHA
maillardo inter-
prete.

SIMONE GRY-
nao interprete.

*Virtutum & vitiorum
diuisio.*



Laudabilia qui-
dem sunt, hone-
sta: uituperabi-
lia uerò, turpia.

Et quidem in
honestis principem locum ob-
tinent uirtutes: in turpibus au-
tem, uitia.

Laudabilia porrò sunt, &
causæ uirtutum, & quæ uirtu-
tes cõsequuntur, & quæ exor-
riuntur ab eis, et opera ipsarũ:
uituperabilia uerò, contraria.

Quum autem anima, secun-
dum Platonem, in tres distri-
buatur partes, rationalis qui-
dem uirtus est, Prudentia: ani-
mosa autem, Mansuetudo, &
Fortitudo: cupida uerò, Tem-
perãtia & Continentia: totius
autẽ animæ, Iustitia, Liberali-
tas, & Animi magnitudo. Vi-
tium uerò est rationalis quidẽ,
Imprudencia: animosa uerò,
Iracundia



Uerò admo-
dum uehere
laudibus quæ
pulchra sunt,
sic quæ sunt

turpia, conuiciis proscin-
dere par est.

Sed inter pulchra qui-
dem uirtutes, inter turpia
uerò, uitia primatum te-
nent.

Laudari uerò nõ ipsa mo-
dò uirtus, sed causæ quoq;
& comites fructusq; & o-
pus omne uirtutis, ut con-
trà reprehendi contraria
debent.

Cum autem animæ par-
tes, qualiter opinatur Pla-
to, tres sint: qua de agen-
dis omittendisque dispici-
tur, Prudentia: qua susti-
nentur infesta, Mansuetu-
do ac Robur: qua asciscen-
dis idoneis cupiditas re-
gitur, Sobrietas ac Con-
tinentia: communesq; par-
tium omnium harum, Iu-
stitia, Liberalitas, ac Ma-
gnanimitas: toridẽ rerum
earundem opposita uitia,
in dispiciẽdo recto, Stulti-
tiam: in arcendo infesto,
Fero-

DE VIRTUTIBVS.

ANDREA A' LACV.
na interprete.

Digna commendatione sunt, quæ honesta: vituperio, quæ turpia existunt.

Sed inter honesta quidē, virtutibus: inter turpia autē, vitijs primū debētur partes.

Efferre laudibus conuenit ipsarum etiam virtutum causas, comitesq;, ac breuiter, quicquid ab eis proficiat scitur, virtutūq; opus existit: reprehēdere autē, contraria.

Quū animę partes sint tres, ex sentētia Platonis, Ratiocinatrice quidē virtus Prudentia est: Animosę autē, siue Irascibilis, Māsuetudo, Fortitudoq;: Cōcupiscibilis deniq;, Temperantia simul, & Continētia, at totius animę sunt virtutes, Iustitia, Liberalitas et Magnanimitas. Vitiū rursus, Ratiocinatrice quidem est Stultitia: Irascibilis, Iracun-

IUSTO VEL
sio Hagano interprete.

Audabilia quidē sunt, quæ pulchra: vituperabilia uerò, quæ turpia.

Atq; pulchrorū quidē principatū, virtutes: turpiū uerò, vitia obtinent.

Ceterū laudabiles sunt & virtutū causa, et quæ virtutes subsequuntur, quæq; ex eisdem eueniunt, atq; ipsarū opera: vituperabilia uerò, quæ his sunt contraria.

At cū ex Platonis sententia, triplex fingatur anima: *Aestimatrice* quidē eius partis, *Prudentia* virtus fuerit: *Animosa* uerò, *Lenitas* & *Fortitudo*: eius autē cui cupiditas tribuitur, *Frugalitas* & *continentia*: totius uerò anima, *Iustitia*, *Liberalitas*, & *Magnanimitas*. Porro autē vitium, *Aestimatrice* quidem partis, *Insipientia* habetur: *Animosa* uerò, *h* 3 *Iracun-*